uenientem obuiam sibi nomine simonē
hunc angarizauerunt ut tolleret cru
cem eius. et uenerunt in locum qui dici
tur golgotha quod est caluariae locus
nominatus. et dederunt ei uinum bibere
cum felle mixtum et cum gustasset no
luit bibere. Postquam autem crucifix
erunt eum diuisserunt uestimenta eius
sortem mittentes et sedentes seruabant
eum et inpossuerunt super caput eius

hic est ihs xps rex iudeorum· tunc
crucifixerunt cum duos latrones un
us adextris et unus asinistris· prae
ter euntes autem blasfemabant eum
mouentes capita sua et dicentes uaqui
distruebas templum et intriduo illud
reaedificabas salua te ipsum si filius
di es discende decruce· similiter et prin
cipes sacerdotum inludentes cum scri
bis et senioribus dicentes alios saluos
fecit se ipsum non potest saluum
facere· si rex israhel est discendat
nunc decruce et credimus ei confidet
indo et nunc liberet eum si uult dixit
enim quia di filius sum· id ipsum h
et latrones qui crucifixerant cum eo
inproperabant ei· et postquam cru
cifixerunt· a sexta autem hora tene
brae factae sunt super uniuersam
terram usque adhoram nonam et

circa horam nonam clamauit ihs uoce
magna dicens heli heli lamasabactha
hoc est ds meus ds meus ut quid me de
reliquisti · Quidam autem illic stantes
et audientes dicebant heliam uocat iste
et continuo currens unus ex eis acceptam
spungeam impleuit aceto et inpossuit
arundini et dabat ei bibere · Caeteri ue
ro dicebant sine uideamus an uidi
amus an ueniet helias liberans eum
alius autem accepta lancea pupun
git latus eius et exiit aqua et sanguis ·
ihs autem iterum clamauit uoce mag
na emissit spm · Et ecce uelum templi
scisum est in duas partes a summo us
que deorsum et terra mota est et petrae
scisae sunt et monumenta aperta su
nt et multa corpora scorum qui dormi
erunt surrexerunt et euntes de monu
menta post resurrectionem eius uene

runt in scam ciuitatem et apparuerunt
multis: Centorio autem et qui cum eo erant
custodientes ihm uiso terrae motu et his
quae fiebant timuerunt ualde dicentes
uere di filius erat iste erant autem ibi
multae uidentes alonge quae secutae
erant ihm a galilea ministrantes ei inter
quas erat maria magdalene et maria
iacobi et ioseph mater filiorum zebedei·
Cum autem sero factum esset uenit qui
dam homo diues ab arimathia nomine
ioseph qui et ipse erat discipulus ihu· hic
accessit ad pilatum et petiuit corpus ihu
Tunc pilatus iusit dari corpus et cum ac
cepisset ioseph corpus ihu inuoluit illud
in sindone munda et possuit eum in mo
numento suo nouo quod exciderat in pe
tra et aduoluit saxum magnum ad hos
tium monumenti et discessit erat autem
ibi maria magdalena et altera maria



sedentes contra sepulchrum · Altera
autem die quae est post parascenen conuene
runt principes sacerdotum et farissei
ad pilatum dicentes domine rememora
ti sumus quod seductor ille dixit adhuc
uiuens post tertium diem resurgam
iube ergo custodiri sepulchrum usque
in hodiernum diem ne forte ueniant dis
cipuli eius et furentur eum et dicant sur
rexit a mortuis et erit nouissimus error
peior priori · ait illis pilatus habetis
milites ite custodite · sicut scitis illi autem
abeuntes munierunt sepulchrum signan
tes lapidem cum custodibus :/ in prima
Uespere autem sabbati quae lucescit
sabbati uenit maria magdalenae et al
tera maria uidere sepulchrum et ecce
terrae motus factus est magnus angelus
enim dni discendit de caelo et accedens
reuoluit lapidem et sedebat super eum

Erat autem aspectus eius sicut ful
gor et uestimenta eius candida sicut
nix· prae timore autem eius exterriti su
nt custodes et facti sunt uelud mor
tui respondens autem angelus dixit
mulieribus nolite timere uos scio enim
quod ihm xpm qui crucifixus est quae
ritis non est hic surrexit enim sicut di
xit· uenite et uidete locum ubi positus
erat dns et cito euntes dicite discipulis
eius quia surrexit a mortuis et ecce
praecedet uos in galileam ibi eum uide
bitis ecce dixi uobis et exierunt cito de mo
numento cum timore et gaudio magno
currentes nuntiare discipulis eius· et
ecce ihu occurrit illis dicens habete·
Illae autem accesserunt et tenuerunt pe
des eius et adorauerunt eum· tunc ait il
lis ihs nolite timere sed ite nuntiate
fratribus meis ut eant in galileam

ibi me uidebunt quae abiissent ecce
quidam de custodibus uenerunt in ciui
tatem et nuntiauerunt principibus sa
cerdotum omnia quae facta fuerant
Et congregati cum senioribus consilio
accepto pecuniam copiosam dederunt
militibus dicentes dicite quia discipuli
eius nocte uenerunt et furati sunt eum
nobis dormientibus et si hoc auditum
fuerit a preside nos suadebimus ei et se
curos uos faciemus at illi accepta pecu
nia fecerunt sicut erant instructi et diuul
gatum est uerbum istud apud iudeos us
que in hodiernum diem: in galileam in
Undecim autem discipuli eius abierunt
montem ubi constituerat illis ihs: et uiden
tes eum adorauerunt quidam autem
dubitauerunt et accedens ihs locutus est
eis dicens data est mihi omnis potestas
in caelo et in terra euntes ergo nunc do

+ Nudd[illegible] +   + Hunatit + bieguin +

Ostenditur hic quod emit Gelhi filius Arihtiud hoc euangelium de Cingal et dedit illi pro illo equm optimum et dedit pro anima sua istum euangelium deo et sancti Teliaui super altare. + Gelhi filius Arihtiud + et Cingal + filius Grip [illegible]


Surexit tutbulc filius liuit hagener tutri dierchi tir telih haioid ilau elcu filius gelhig haluidt iuguret amgucant pel amtanndi ho diued diprotant gener tutri o guir imguodant ir degion guragon tagc rodesit elcu guetig equs tres uache, tres uache nouidligi namin ir ribe cimetiu ir ni guetig haguod dimedichet guetig nis minn ni tutbulc hai cenetl in ois oesaud.

ete omnes gentes babtizan-
tes eos in nomine patris et fili
et spu sci docentes eos obser
uare omnia quaecumque
mandaui uobis et ecce ego uo
bis cum sum omnibus dieb:
usque ad consummationem
+ saeculi   Finit. Amen. ...

A   ω

Aþulf. Ælfheh.   Wulfmer. Wulf[illegible]   Wulfric [illegible]
[illegible] in mensibus in commendatione [illegible]
+ Wulfrun. Wul[illegible] [illegible] Wulf[illegible] [illegible]
Beorht. Elha. Ælfflæd [illegible] Wulfric. Æðelflæd [illegible]
[illegible] Wulfrun. Wulfhild. [illegible] Wulfmær [illegible]
Teliaui et Gurgint et Cinhilinn et filii Tutri [illegible] Teliaui de la[illegible]
numin in Caidan et Signou in Icon et Cuchuris et Cinda et quicumque custo-
dierit benedictus erit a deo et qui frangerit maledictus erit a deo [illegible]
[illegible] Wulfric [illegible] Ælfwine [illegible]
[illegible] Ædric. Alchelm. Ælfric. [illegible]
[illegible] Wulfric. Wulfhelm. Wulfflæd. [illegible] Wulfgar. Ælfric.





tum est in esaia propheta ecce mitto ange-
lum meum ante faciem tuam qui praepa
rabit uiam tuam · Uox clamantis in deser
to parate uiam dn̄i rectas facite semitas eius
fuit iohannis in deserto babtizans et praedi
cans babtismum poenitentiae in remisionem
peccatorum et egrediebatur ad illum omnis
iudeae regio · et hierusolimitae uniuersi et bab
tizabantur ab illo in iordane flumine confi
tentes peccata sua et erat iohannis uestitus
pilis cameli et zona pellicia circa lumbos
eius et lucustas et mel siluestre edebat et
praedicat dicens uenit fortior me post me
cuius non sum dignus procumbens soluere
corrigiam calciamentorum eius ego babtizaui
uos aqua ille uero babtizabit uos / zareth
Et factum est in diebus illis uenit ihs a na
galilae et babtizatus est in iordane ab ioha
ne et statim ascendens de aqua uidit aper
tos caelos et spm tamquam columbam dis

cendentem et manentem in ipso et uox facta
est ad eum de caelis tu es filius meus dilectus
in te conplacui· Et statim sps expellit eu̅
in deserto quadraginta diebus et quadra
ginta noctibus et temptabatur a satana·
Erat que cum bestis et angeli ministraba
nt ei· Post quam autem traditus est io
hannis in carcerem uenit ih̅s in galileam pra
dicans euangelium regni di̅ et dicens quoniam
inpletum est tempus et propinquauit regnu̅
di̅ paenitemini et credite euangelio et praeteri
ens secus mare galilae uidit simonem et andria
fratrem eius mittentes retia in mari erant
enim piscatores· Et dixit eis ih̅s uenite post
me et faciam uos fieri piscatores hominum
et protinus relictis retibus secuti sunt eum·
Et progresus inde pussillum uidit iacobum
zebedei et iohannem fratrem eius et ipsos in
naui conponentes retia et statim conuoca
uit illos et relicto patre suo zebedeo in naui

cum mercinaris secutisunt eum· Et egrediun
tur capharnaum et statim sabbatis insinago
gam docebat eos· Et stupebant super doctri
nam erat enim docens eos quasi potestatē
habens et non sicut scribae· Et erat in sina
goga eorum homo in spū inmundo et excla
mauit dicens quid nobis et tibi ihs nazarene
uenisti perdere nos scio quiasis scs di et
comminatus est ei ihs dicens obmutesce et exi
de homine et discerpens eum sps inmundus
et exclamans uoce magna exiit ab eo et miri
ratisunt omnes ita ut conquirerent eum in
terse dicentes quid nam est hoc quae doctri
na haec noua est quia in potestate et spiri
tibus inmundis imperat et obediunt ei et pro
cessit rumor eius statim in omnem regionem ga
lilaeae· Et protinus egredientes de sinagoga ue
nerunt in domum simonis et andriae cum iaco
bo et iohanne discumbebat autem socrus si
monis febricitans et statim dicunt ei de illa

Et accedens leuauit eam et adpraehensa ma-
nu eius et continuo dimissit febris et minis-
trabat eis· uespere autem facto cum occidis
set sol adferebant adeum omnes male-
habentes uariis languoribus et demoniacos
et omnis ciuitas erat congregata adianuam
et curauit multos quiuexabantur uariis lan
goribus et demonia multa iciebat / eum
Et nonsinebat loquia quoniam sciebant
Et diluculo ualde surgens et egressus abiit
indesertum locum ibique orabat et consecu
tus est eum simon et qui cum illo erant et
cum inuenissent eum dixerunt ei quia ergo
omnes quaerunt te et ait illis ihs eamus in
proximos uicos et ciuitates ut et ibi praedi
cem adhoc enim ueni et erat praedicans insi
nagogis eorum et omni galilea et demonia eie
ciens· Et uenit adeum leprosus depraecans
eum et genu flexo dixit siuis potes me munda
re ihs autem misertus eius extendit manum

suam & tangens eum ait illi mundare & cum
dixisset statim discessit ab eo lepra mundatus
est & comminatus est ei statim & eiecit illum et
dicit ei uide nemini dixeris sed uade ostende
te principi sacerdotum & offer pro emunda-
tione tua quae praecipit moyses in testimonium
illis at ille egresus coepit praedicare & diffa-
mare sermonem ita ut non iam possit mani-
feste in ciuitatem introire sed foris in deser-
tis locis esse & conueniebant ad eum undique
11 Iterum intrauit capharnaum post dies & audi-
tum est quod in domo esset & conuenerunt
multi ad eum ita ut non caperet domus neque
ad ianuam & loquebatur eis uerbum & uene-
runt ad eum offerentes paralyticum qui a quat-
tuor portabatur & cum non possent offerre
eum illi prae turba nudauerunt tectum ubi er-
at & patefacientes subimiserunt grauattum
in quo paralyticus iacuerat cum uidisset au-
tem ihs fidem illorum dixit paralytico fili di-

mittentur tibi peccata tua erant autem illic
quidam de scribis sedentes & cogitantes in cordi
bus suis quid hic sic loquitur blasfemat quis
potest dimittere peccata nisi solus ds quo sta
tim cognito ihs spu sco quia sic cogitarent in
tra se dicit illis quid ista cogitatis in cordibus
uestris quid est facilius dicere paralitico di
mittuntur tibi peccata tua aut dicere surge
& ambula tolle grauattum tuum in domum tuam
ut autem sciatis quia potestatem habet filius
hominis in terra dimittendi peccata ait para
litico tibi dico surge & tolle grauattum tuum
& uade in domum tuam & statim ille surrexit
& sublato grauatto abit coram omnibus ita
ut mirarentur omnes & honorificarent dm di
centes quia numquam sic uidimus· turba
Et egresus est rursus ad mare omnis que
ueniebat ad eum & docebat eos & cum praeteri
ret uidit leuin alfei sedentem ad teloneum &
ait illi sequere me & surgens secutus est eum

Et factum est cum accumberet in domo illius
multi puplicani et peccatores simul discum
bebant cum ihu et discipulis eius erant enim
multi qui et sequebantur eum et scribae et fa
rissei uidentes quia manducaret cum peccato
ribus et puplicanis dicebant discipulis eius
quare cum puplicanis et peccatoribus mandu
cat et bibit magister uester· Hoc audito ihs
ait illis non necesse habent sani medico sed q·
male habent non ueni uocare iustos sed pec
catores et erant discipuli iohannis et fari
ssei ieiunantes et ueniunt et dicunt ei qua
re discipuli iohannis et farisseorum ieiun
ant tui autem discipuli non ieiunant et ait
illis ihs numquid possunt filii nuptiarum
quam diu sponsus cum illis est ieiunare quan
to tempore habent secum sponsum non pos
sunt ieiunare uenient autem dies cum aufe
retur ab ipsis sponsus et tunc ieiunabunt
in illis diebus nemo enim adsumentum panni

rudis adsuit uesti ueteri alioquin aufert
& supplimentum nouum a ueteri & maior scis
sura fit & nemo mittit uinum nouellum in u
tres ueteres alioquin disrumpit uinum utre
res & uinum effundetur & utres peribunt
sed uinum nouum in utres nouos mittidebet
& factum est iterum cum sabbatis ambula
ret ihs per sata discipuli eius ceperunt
praegredi & uellere spicas farissei autem
dicebant ei ecce quid faciunt discipuli tui
sabbatis quod non licet & ait illis numquam
legistis quid fecit dauid quando necessitatē
habuit & essuit ipse & qui cum eo erant
quomodo intrauit indomum dī sub abiath
ar principe sacerdotum & panes propos
sitionis manducauit quos non licebat man
ducare nisi solus sacerdotibus & dedit eis
qui cum erant & dicebat eis sabbatum
propter hominem factum est & non homo
propter sabbatum itaque dn̄s est filius

III hominis etiam sabbati Et introiuit iterum
sinagogam et erat ibi homo habens manum
aridam et obseruabant eum si sabbatis cu
raret ut accusarent illum Et ait homini ha
benti manum aridam surge in medium et dicit
eis licet sabbatis benefacere an male animā
saluam facere an perdere at illi tacebant et
circum spiciens eos cum ira contristatus su
per caecitatem cordis eorum dicit homini exten
de manum tuam et extendit et restituta est
ei manus illius· Exeuntes autem farissei cū
herodianis consilium faciebant aduersus
quomodo eum perderent Et ihs cum discipulis
suis secessit ad mare et multa turba a galilea
et iudea secuta est eum et ab hierusolimis et
ab edumea et trans iordanen et qui circa tyrū
et sidonem multitudo magna audientes quae
faciebat uenerunt ad eum et dixit discipulis
suis ut in nauicula sibi deseruiret propter
turbam ne conprimerent eum multos enim

sanabat ita ut inruerunt in eum ut illum tan
gerent quot quot habebant plagas et sps in
mundi cum illum uidebant procidebant ei et
clamabant dicentes tu es filius di et uechemen
ter comminabatur eis manifestarent illum·
Et ascendens in montem uocauit ad se quos
uoluit ipse et uenerunt ad eum et fecit ut
essent duodecim cum illo et ut mitteret eos
praedicare euangelium et dedit illis potes
tatem curandi infirmitates et eiciendi demo
nia et ut circum euntes praedicarent euange
lium et inpossuit simoni nomen petrum et
iacobum zebedei et iohannem fratrem iaco
bi et inpossuit eis nomina barnarches quod
est filii tonitrui et andream et philippum et
tholomeum et mattheum et thomam et iaco
bum alphi et thaddeum et simonem canna
neum et iudam scarioth qui tradidit illum·
Et ueniunt ad domum et conuenit iterum tur
ba ita ut non possent neque panem man

ducare. Et cum audissent sui exierunt tenere eum
dicebant enim quoniam in furorem uersus est
Et scribae qui ab hirusolimis discenderunt
dicebant bel zephbub habet Et quia in principe
demoniorum eicit demonia. / modo pot est
Et conuocatis eis in parabulis dicebat eis quo
satanas satanan eiecere Et si regnum in se diuida
tur non poterit stare regnum illud Et si domus
super semet ipsam dispertiatur non poterit
domus illa stare Et satanas consurrexerit in
semet ipsum dispertitus est Et non potest sta
re sed finem habet nemo potest uassa fortis
ingresus in domum diripere nisi prius fortem
alliget Et tunc domum eius diripiet. / tur
Amen dico uobis quoniam omnia dimitten
filis hominum peccata Et blasfemiae quibus
blasfemauerint qui autem blasfemauerit in
spm scm non habebit in se remisionem in aeter
num sed reus erit aeterni dilicti quoniam dic
cebant spm inmundum habet. Et ueniunt

mater eius et fratres et foris stantes miserunt
ad eum uocantes eum et sedebat circa eum
turba et dicunt ei ecce mater tua et fratres
tui foris quaerunt te uidere et respondens
eis ait quae est mater mea et fratres mei
et circum spiciens eos qui in circuitu eius sede-
bant ait ecce mater mea et fratres mei qui
enim fecerit uoluntatem dī hic frater meus
et soror mea et mater est / ita est ad eum
IV Et iterum coepit docere ad mare et congriga
turba multa ita ut in nauem ascenderat in
mari et omnis turba circa mare super terra
erat docebat eos in parabulis multa et dice
bat illis in doctrina sua audite ecce semina
ns ad seminandum et factum est dum semi
naret aliud cicidit circa uiam et uenerunt
uolucres et comederunt illud aliud uero
cicidit super petrosa ubi non habuit ter
ram multam et statim exortum quoniam
non habebat altitudinem terrae et quando

exortus est sol exaestuavit et eo quod non habebat
radicem exaruit et aliud cecidit in spinas et
ascenderunt spinae et suffocaverunt illud et
non dedit fructum et aliud cecidit in terram bo
nam et dabat fructum ascendentem et crescen
tem et adferebat unum triginta et unum sex
aginta et unum centum et dicebat qui habet au
res audiendi audiet et cum esset singularis inter
rogaverunt eum hii qui cum eo erant cum duo
decim parabulas et dicebat eis vobis datum est
nosse misterium regni di. Illis autem qui foris
sunt in parabulis omnia fiunt ut videntes vi
deant et non videant et audientes audiant et
non intellegant ne quando convertantur et dimi
ttantur eis peccata et ait illis nescitis parabu
lam hanc et quomodo omnes parabulas cog
noscetis Qui seminat verbum seminat hii sunt
autem qui circa viam ubi seminatur verbum et
cum audierint confestim venit satanas et aufe
rt verbum quod seminatum est in corda eorum

Et hi sunt qui similiter qui super petrosa semi
nantur qui cum audierint uerbum statim cum
gaudio accipiunt illud et non habent radicem
in se sed temporales sunt deinde orta tribula
tione et persecutione propter uerbum confestim
scandalizantur et alii sunt qui in spinis semi
nantur hii sunt qui uerbum audiunt et aerum
nae saeculi et deceptio diuitiarum et circa reli
qua concupiscentiae introeuntes suffocant uer
bum et sine fructu efficitur et hii sunt qui su
pra terram bonam seminati sunt hi sunt qui uer
bum audiunt et suscipiunt et fructificant unum
xxx et unum lx et unum · Et dicebat illis num
quid uenit lucerna ut sub modio ponatur aut
sub lecto nonne ut supra candelabrum pona
tur Non est enim aliquid absconditum quod
non manifestetur nec factum est occultum sed ut
in palam ueniat si quis habet aures audien
di audiat · Et dicebat illis uidete quid audia
tis in qua mensura mensi fueritis remetietur

uobis et adicietur uobis· Qui enim habet da
bitur illi et qui non habet etiam quod habet au
feretur ab eo· Et dicebat sic est regnum di qu
em admodum si homo iectat semen in terram
et dormiat et exsurgat nocte ac die et semen
germinet et increscat dum nescit ille ultro enim
terra fructificat primum herbam deinde spi
cam deinde plenum frumentum in spica et cum
se produxerit fructus statim falcem quoniam
adest messis· Et dicebant cui adsimulabimus
regnum di aut cui parabulae conparabimus illud
sic est enim sicut granum sinapis quod cum se
minatum fuerit in terra et cum seminatum fue
rit ascendit et fit maior omnibus oleribus et fa
cit ramos magnos ita ut sint sub umbra eius
aues caeli habitare· Et talibus multis para
bulis loquebatur eis uerbum prout poterant
audire sine parabula autem non loquebatur
eis· Seorsum autem discipulis suis disserebat
omnia· Et ait illis in illa die cum sero esset

factum transeamus contra & dimittentes tur-
bam adsumunt eum ita ut erat in naui & alia
naues erant cum illo & facta est procella mag
na uenti & fluctus mittebat in nauem ita ut
impleretur nauis & erat ipse in puppi nauis
supra ceruical dormiens & excitant eum & di
cunt ei magister non ad te pertinet quia perimus
& exsurgens comminatus est uento & dixit ma
ritace & omotesce & cessauit uentus & facta est
tranquillitas magna & ait illis quid timidi estis
nec dum habeas fidem & timuerunt magno ti
more & dicebant ad alter utrum quis putas
est iste quia & uentus & mare obediunt ei &
uenerunt trans fretum maris in regionem ge-
rasenorum & exeunti ei de naui statim occur
rit ei de monumentis homo in spu inmundo qui
domicilium habebat in monumentis & neque
catenis iam quisquam eum poterat ligare
quoniam sepe conpedibus & catenis uinc
tus disruptas catenas & conpedes commi

nuisset & nemo eum poterat domare & sem
per in nocte ac die in monumentis & in monti
bus erat clamans & concidens se lapidibus
Uidens autem ihm a longe cocurrit & adora
uit eum & clamans uoce magna dicit quid mi
hi & tibi ihs fili dī summi adiuro te per dm ne
me torqueas dicebat enim illi ihs exi sps in
munde ab homine & interrogabat eum quod
tibi nomen est & dicit ei legio mihi nomen est
quia multa sumus deprecabatur eum multū
ne se expelleret extra regionem erat autem ibi
circa montem grex porcorum magnus pascens
& deprecabantur eum sps dicentes mitte nos
in porcos ut in eos introeamus & concessit eis
statim ihs & exeuntes sps inmundi intraueru
nt in porcos & magno impetu grex praecipitatur
est in mare ad duo milia & soffocati sunt in ma
qui autem pascebant eos fugerunt & nuntiaue
runt in ciuitate & in agros & egresi sunt uidere fac
ti quid esset & ueniunt ad ihm & uident illum

qui ádemonio uexabatur sedentem uestitum
et sanae mentis et timuerunt et narrauerunt
illis qui uiderant qualiter factum est et deeo
qui demonium habuerat et deporcis et rogare
eum coeperunt ut discederet a finibus eorum
Cumque ascenderet innauem coepit illum de
praecari qui demonio uexatus fuerat ut es
set cum illo et non admissit eum sed ait illi
uade indomum tuam adtuos et adnuntia il
lis quanta tibi dns fecerit et misertus sit tui
et abiit et coepit praedicare indecapoli quan
ta sibi fecisset ihs et omnes mirabantur / fre
Et cum transcendisset ihs innaui rursus trans
tum conuenit turba multa adillum et erat
circa mare et uenit quidam dearchi sinagogis
nomine iarus et uidens eum procedit adpedes
eius et depraecabatur eum multum dicens
quoniam filia mea inextremis est ueni inpo
ne manus super eam ut salua sit et uiuat
et abiit cum et sequebatur eum turba multa

Et conprimebant illum et mulier quae erat
in profluuio sanguinis annis duodecim fue-
rat multa perpessa a conpluribus medicis
et erogauerat omnia sua quicquam profice-
rat sed magis deterius habebat cum audis
set de ihū uenit in turba retro et tetigit uesti
mentum eius dicebat enim intra se quia si
uel uestimentum eius tetigero saluabor et con
festim siccatus est fons sanguinis illius et sen
sit corpore quod sanata esset a plaga et sta
tim ihs cognoscens in semet ipso uirtutemq:
exierat de eo conuersus ad turbam ait quis
tetigit uestimenta mea et dicebant ei discipu
li illius uides turbam conprementem te et di
cis quis me tetigit et circumspiciebat uidere
eam quae hoc fecerat mulier autem timens et
tremiens sciens quod factum esset in se uenit et
procedit ante eum et dixit ei omnem ueritatem il
le autem dixit ei filia fides tua te saluam fecit
uade in pace et esto sana a plaga tua adhuc

eo loquente ueniunt ab archi sinagogo dicen
tes quia filia tua mortua est quid ultra uex
as magistrum ihs autem uerbo quod dicebat
audito ait archi sinagogo noli timere tantum
modo crede et non admissit quemquam sequi
se nisi petrum et iacobum et iohannem fratrē
iacobi et ueniunt in domum archi sinagogi et ui
dit tumultum et flentes et heiulantes multum
et ingresus ait eis quid turbamini et ploratis pu
ella non est mortua sed dormit et inridebant
eum ipse uero iectis omnibus adsumpsit pa
trem et matrem puellae et qui secum erant et in
greditur ubi erat puella iacens et tenens manū
puellae ait illi tabitha comi quod est tibi di
co surge et confesim surrexit puella et ambula
bat erat autem annorum xii. et obstupuerunt
omnes stupore maximo et praecepit illis uehe
menter ut nemo id sciret et dixit dari illi mandu
Marc VI care et egresus inde abit in patriam suam et se
quebantur illum discipuli eius et facto sab

bato [illegible] in sinagoga docere et multi audien
tes admirabantur in doctrina eius dicentes unde
huic haec omnia quae est sapientia quae data
est illi et uirtutes tales quae per manus eius ef
ficiuntur nonne iste est filius fabri et mari
ae frater iacobi et ioseph et iudae et simonis
nonne sorores hic nobis cum sunt et scanda
lizabantur in illo et dicebat illis ihs quia non
est profeta sine honore nisi in patria sua
et in cognatione sua et in domo sua et non po
terat ibi uirtutem ullam facere nisi pau
cos infirmos inpossitas manibus curauit et
mirabatur propter incredulitatem eorum et
circuibat castella in circuitu dodcens/da
Et conuocauit xii et coepit eos mittere binos et
dabat eis potestatem spūm inmundorum et prae
cipiens ne quid tollerent in uia nisi uirgam tan
tum non peram non panem neque in zona aes
sed calciatis sandalis et ne induerentur dua
bus tonicis et dicebat eis quo cum que intro

ieritis in domum illic manete donec exeatis inde·
Et quicumque locus non receperint uos nec
audierint uos exeuntes inde excutite puluerem
de pedibus uestris in testimonium illis / rent
Exeuntes praedicabant ut poenitentiam age
Et demonia multa iciebant et unguebant oleo
multos egros et sanabant· Et audiuit hiro
dis rex manifestum est enim factum nomen eius
Et dicebat quia iohannis babtiza surrexit a
mortuis et propter ea operantur uirtutes in il
lo alii autem dicebant quia helias est alii ue
ro dicebant profeta est quasi unus ex profe
tis· Quo audito hirodis ait quem ego iohan
nem hic a mortuis surrexit· Ipse autem hiro
dis missit ac tenuit iohannem et uinxit eum
in carcere propter hirodiadem uxorem phi
lipi fratris sui quia duxerat eam / habere
Dicebat enim iohannis hirodi non licet tibi
eam uxorem fratris tui hirodiadis autem in
sidiabatur illi et uolebat occidere eum nec

poterat hirodis enim metuebat iohannem
sciens eum uirum scm & custodiebat eum &
audito eo quod multa faciebat & libenter eum
audiebat & cum dies oportunus accedisset
hirodis natalis sui caenam fecit principib:
& tribunis & primis galiliae cumque introis
set filia ipsius hirodiadis & saltasset & pl
acuisset hirodi simul & recumbentibus rex
ait puellae petemne quod uis & dabo tibi & iu
rauit illi multa quia quic quid petieris dabo
tibi licet demedium regni mei quae cum exisset
dixit matri suae quid petam & illa dixit caput
iohannis babtiste cumque introisset statim cū
festinatione ad regem petiuit dicens uolo ut pro
tinus des mihi in disco caput iohannis babtis
te & contristatus est rex propter iurandum et
propter simul recumbentes noluit contristare
eam sed sibi miso confestim speculatore prae
cipit adferri caput eius in disco & decollauit eū
in carcere & adtullit caput eius in disco & de

dit illud puellae et puella dedit matri suae
quo audito discipuli eius uenerunt et tulle-
runt corpus eius et possuerunt illud in mo
numento. Et conuenientes apostoli ad ih̅m
renuntiauerunt illi omnia quae egerunt et do
cuerunt. Et ait illis uenite seorsum in desertū
locum et requiescite pussillum erant enim qui
ueniebant et rediebant multi et nec manducandi
spatium habebant. Et ascendentes in nauem abi
erunt in desertum locum seorsum et uiderunt
eos abeuntes et cognouerunt multi et pedestres
et de omnibus cucurrerunt illuc et praeuenerunt
eos exiens uidit turbam multam ih̅s et misser-
tus est super eos qui erat sicut oues non haben
tes pastorem et coepit docere illos multa et cū
iam hora multa fieret accesserunt discipuli ei
us dicentes. Desertus est locus hic et iam prae-
terit hora dimitte illos ut euntes in proximos
uillas et uicos emant sibi cibos quos mandu
carent et respondens ait illis date illis

manducare Et dixerunt ei euntes emamus
denariis ducentis panes et dabimus eis man
ducare Et dicit eis quot panes habetis ite
Et uidete Et cum cognouissent dicunt ei quin
que panes et duos pisces Et praecepit illis
ut accumbent omnes secundum contuber
nia super uiride fenum Et discubuerunt
per singulas areas per centenos et per quin
quagenos Et acceptis quinque panibus et duo
bus piscibus intuens in caelum benedixit Et
fregit panes Et discipulis suis ut ponerent an
te eos Et duos pisces diuisit omnibus Et man
ducauerunt omnes et saturati sunt Et sustu
lerunt reliquias fragmentorum duodecim co
finos plenos Et de piscibus erant autem qui
manducauerunt quinque milia uirorum / na
Et statim cogit suos discipulos ascendere in
uem ut praecederent eum trans fretum ad be
zaidam dum ipse dimitteret populum· / Re
Et cum dimisisset eos abiit in montem ora

Et cum sero esset erat nauis in medio ma
ri et ipse solus in terra et uidens eos labora
ntes in remigando erat enim uentus contrari
us eis et circa quartam uigiliam noctis uenit
ad eos ambulans super mare et uolebat prae
terire eos at illi ut uiderunt eum ambulantē
super mare putauerunt fantasma esse et ex
clamauerunt omnes qui eum uiderunt et con
turbati sunt et statim locutus est cum eis et
dixit illis confidete ego sum nolite timere ./tus
Et ascendit ad illos in nauem et cessauit uen
et plus magis intra se stupebant non enim in
tellexerunt de panibus erat autem cor illorū
obcecatum et cum transfretassent peruener
unt in terram genizareth et adplicuerunt cum
que egressent de naui continuo cognouerunt eum
et percurrentes uniuersam regionem illam
coeperunt in grauattis eos qui se male abe
bant circum ferre ubi audiebant eum esse
et quocumque introibat in uicos uel in uillas

aut in ciuitates in plateis ponebant infir
mos et deprecabantur eum ut uel fimbriã
uestimenti eius tangerent et quotquot tange
VII bant eum salui fiebant Et conueniunt ad
farissei et quidam de scribis uenientes ab hi
rusolimis et cum uidissent quosdam ex disci
pulis eius commonibus manibus idest non lo
tis manducare panes uituperauerunt fari
ssei enim et omnes iudei nisi crebro lauerint ma
nus suas non manducant tenentes tradition
em seniorum et a foro nisi babtizentur non co
medunt et alia multa sunt quae tradita sunt
illis seruare babtismata calicum et urceorũ
et aeramentorum et lectorum Et interrogaba
nt eum farissei et scribae dicentes quare dis
cipuli tui non ambulant iuxta traditionem seni
orum sed commonibus manducant manibus
panem at ille respondens dixit eis bene profe
tauit esaias de uobis hippocritis sicut scriptũ
est populus hic labis me honorat cor autem

eorum longe est a me in uanum autem me co
lunt docentes doctrinas et praecepta homin
um relinquentes enim mandatum dei tenentes
traditionem hominum babtismata urceorum
et calicum et alia similia his facitis multa.
Et dicebat illis bene inritum facitis praeceptum
dei ut traditionem uestram seruetis. moyses
enim dixit honora patrem tuum et matrem tuam
et qui maledixerit patri aut matri morte mori
atur uos autem dicitis si dixerit homo patri
aut matri corban quod est donum quod cum
que ex me tibi prodierit et ultra non dimittitis
eum quicquam facere patri suo aut matri re
scindentes uerbum dei per traditionem uestram
quam tradidistis et similia uestro huius mod
multa facitis et uocans iterum turbam dice
bat illis audite me omnes et intellegite nihil
est extra hominem introiens in eum quod pos
sit eum coinquinare sed quae de homine pro
cedunt hominem illa sunt quae comonicant

coinquinent si quis habet aures audiendi audiat
Et cum introisset in domum a turba interro
gabant eum discipuli eius parabulam Et ait
illis sic et uos prudentes estis non intellegitis
quia omne extrin secus introiens in hominē
non potest eum coinquinare commonicare quo
niam non intrauit in cor eius sed in uentrem
et secessum exit purgans omnes escas dicebat
autem quoniam quae de homine exeunt illa co
inquinant homin ab intus enim de corde homin
um cogitationes malae procedunt adulteria
fornicationes homicidia furta auaritiae nequi
tiae dolos inpudicitia oculus malus blasfemi
ae superbia stultitia omnia haec mala ab in
tus procedunt et commonicant hominem Et in
de surgens abiit in fines tiri et sidonis et ingre
sus domum neminem uoluit scire et non po
tuit latere mulier n statim ut audiuit ab eo cu
ius habebat filia spm inmundum intrauit et p
cidit ad pedes eius erat enim mulier gentilis

sero poeasa tenere. Et rogabat eum ut de
monium iceret de filia eius qui dixit illi sine
prius saturari filios non est enim bonum
sumere panem filiorum et mittere canibus
at illa respondit et dicit ei utique dne nam
et catulli sub mensa comedunt de micas puero
rum et ait illi propter hunc sermonem uade
exit demonium de filia tua. Et cum abisset ad
domum suam inuenit puellam iacentem su
pra lectum et demonium exisset. Et iterū
exiens de finibus tiri uenit per sidonem ad
mare galileae inter medios fines decapulis
et adducunt ei surdum et mutum et deprae
cabantur eum ut inponet illi manum et ad
prahendens eum de turba eorum misit di
gitos suos in auriculas eius et expuens te
tigit linguam eius et suspiciens in caelum in
gemuit et ait illi effeta quod est adaperire
et statim apertae sunt aures eius solutū
est uinculum linguae eius et loquebatur

recte et praecepit illis ne cui dicerent / gis plu
Quanto autem eis praecipiebat tanto ma
praedicabant et eo amplius admirabantur
dicentes · Bene omnia facit et surdos facit au
VIII dire et mutos loqui in illis diebus iterum cum
turba multa esset et nec haberent quod man
ducarent convocatis discipulis ait misse
rior super turbam quia eccam triduo susti
nent me nec habent quod manducent et si de
missero eos ieiunos in domum suam deficien
in via quidam enim ex eis de longe venerunt
et responderunt ei discipuli sui unde ipsos
poterit quis hic saturare panibus in solitu
dine et interrogavit eos quot panes habetis
qui dixerunt septem et praecepit turbae dis
cumbere super terram et accipiens septem
panes gratias agens fregit dedit que discipu
lis suis ut adponerent et adposuerunt
turbae et habebant pisciculos paucos et
ipsos benedixit et iussit adponi illis et man

ducauerunt & saturati sunt & sustuleru
nt quod super erat de fragmentis septem
sportas plenas erant autem qui manduca
uerunt quasi quattuor milia hominum &
dimisit eos & statim ascendens in nauem cum
discipulis suis uenit in partes dalmanutha
Et exierunt farisei ad eum & coeperunt con
quirere cum eo querentes ab illo signum de cae
lo temptantes eum & ingemescens spū scō ait
Quid generatio ista querit signum amen dico
uobis non dabitur generationi isti signum &
demittens eos ascendens iterum nauem abit
trans fretum & obliti sunt discipuli eius su
mire panes & nisi unum panem non habe
bant secum in naui. Et praecipiebat eis dicens
uidete & cauete a fermento fariseorum & he
rodis. Et cogitabant ad alterutrum dicen
tes quia panes non habemus quo cognito
ihs ait illis quid cogitatis in cordibus ues
tris quia panem non habetis nondum cog

nosceatis nec intellegitis caecatum adhuc ha
betis cor uestrum oculos habentes non ui
dentes et aures habentes non audientes nec
recordamini quando quinque panes fregi in
quinque milia hominum et quot cofinos frag
mentorum plenos sustulistis dicunt ei duode
cim quando et septem panes in quattuor milia
hominum quot dispossitas fragmentorum
tulistis et dicunt ei septem et dicebat eis quo
modo nondum intellegitis. / Et rogant eum
Et uenerunt bethzaida et adducunt ei caecū
ut illum tangeret et adprachensa manu eius
ceci deflens eduxit eum extra uicum et expuens
in oculos eius inpossitis manibus suis inter
rogauit eum si aliquid uideret et aspiciens
uideo homines uelud arbores ambulantes et
iterum inpossuit manus super oculos eius
et coepit uidere et restitus est ita ut uideret
clare omnia et missit illum in domum suam
dicens uade in domum tuam et si in uicum

introieris nemini dixeris / cessariae philippi

Et egressus est ihs et discipuli eius in castella

Et in uia interrogabat discipulos suos dicens

eis quem me dicunt esse homines qui respon

derunt illi dicentes iohannem babtistam alii

heliam alii uero quasi unum de profetis tunc

dicit illis uos uero quem me dicitis esse / ua

Respondens petrus ait tu es xps Et commini

tus eis ne cui dicerent de illo Et coepit docere

illos quoniam oportet filium hominis mul

ta pati Et reprobari a senioribus Et a sum

mis sacerdotibus Et scribis Et occidi post tres

dies resurgere Et palam uerbum loquebat

Et adprehendens eum petrus coepit incre

pare eum qui conuersus Et uidens discipulos

suos comminatus est petro dicens uade retro

me satanas quoniam non sapis quae di sunt

sed quae sunt hominum / eis si quis uult

Et conuocata turba cum discipulis suis dixit

post me sequi abneget se ipsum Et tollat cru

cem suam et sequatur me qui enim uoluerit
animam suam saluam facere perdet eam
qui autem perdiderit animam suam propter
me et propter euangelium saluam eam faciet
quid enim proderit homini si lucretur mun
dum totum et detrimentum faciat animae su
ae aut quid dabit homo commotationem pro
anima sua · Qui enim me confussus fuerit
et mea uerba in generatione ista adultera et
peccatrice et filius hominis confudet eum cū
uenerit in gloria patris sui cum angelis scīs
Et dicebat illis amen dico uobis quia sunt
quidam de hic stantibus qui non gustabunt
mortem donec uideant regnum dī ueniens in ui
rtute sua Et post dies sex adsumpsit ihs pe
trum et iacobum et iohannem et ducit illos in
montem excelsum seorsum solus et trans fi
guratus est coram ipsis et uestimenta eius
facta sunt splendentia candida nimis uelud nix
qualia fullo super terram non potest candi

da facere et apparuit illis helias cum moise
et erant loquentes cum ihu et ait petrus ra
bbi bonum est hic esse et faciamus trea ta
bernacula tibi unum et mosi unum et heliae
unum non enim sciebat quid diceret erant enim ti
more exterriti et facta est nubs obumbrans
eos et uenit uox de nube dicens hic filius
meus carissimus audite illum et statim cir
cum spicientes neminem amplius uiderunt
nisi ihm tantum secum et discendentibus
illis de monte praecipit illis ne cui quae ui
dissent narrarent nisi cum filius hominis
a mortuis resurrexerit / tes quid esset cum a
Et uerbum continuerunt apud se conquiren
mortuis resurrexerit / nt farissei et scribae
Et interrogabant eum dicentes qui enim dicu
quia heliam oportet uenire primum qui res
pondens ait illis helias cum uenerit primo
restituet omnia et quomodo scribtum est in
filium hominis ut multa patiatur et contemp

180

natur sed dico uobis quia & helias uenit & fe
cerunt illi quaecumque uoluerunt sicut scrip
tum est de eo / magnam circa eos & scribas con
Et ueniens ad discipulos suos uidit turbam
quirentes cum illis & confestim omnis popu
lus uidens eum stupefactus est & expauerunt
& adcurrentes salutabant eum & interroga
bat eos quid inter uos conquiritis / ter adtuli
Et respondens unus de turba dixit magis
filium meum ad te habentem spm inmutum
qui cumque eum adpraehenderit adlidit eum
& spumat & stridet dentibus & arescit & dixi
discipulis tuis ut eicerent illum & non potue
runt qui respondens eis dixit o generatio ma
la incredula quam diu apud uos ero quam
diu uos patiar adferte illum ad me & adtul
lerunt eum & cum uidisset eum statim sps
conturbauit eum & elisus in terra uolutaba
tur spumans & interrogauit patrem eius quan
tum temporis est ex quo hoc ei accedit & ille ait

abinfantia et frequenter eum et in ignem et
quas missit ut eum perderet sed quidpotes
adiuua nos et miserere nostri ihs autem ait
illi si potes credere omnia possebilia cred
enti et continuo exclamans pater pueri cum
lacrimis aiebat credo adiuua incredulita
tem meam· Et cum uideret ihs currentem tur
bam comminatus est spiritui inmundo dicens
illi surde et mute sps ego tibi praecipio exi a
beo et amplius ne introias ineum et clamans
et multum discerpens eum exit abeo et fac
tus est sicut mortuus ita ut multi dicerent
quia mortuus est ihs autem tenens manum
eius eleuauit illum et surrexit et cum introis
set domum discipuli eius secreto interroga
bant eum quare nos non potuimus iecere eū
et dixit illis ihs hoc genus innullo potest exi
re nisi moratione et ieiunio / et nolebat
Et inde profecti praetergrediebantur galileam
quem quam scire docebat autem discipulos

suos et dicebat illis quoniam filius hominis
tradetur in manus hominum et occident eum
et occisus tertia die resurget at illi ignoraba
nt uerbum et timebant eum interrogare / nt
Et uenerunt cafarnaum qui cum domi esset
interrogabat eos quid in uia tractabatis / pu
At illi tacebant siquidem inter se in uia dis
tauerunt quis esset illorum maior et resid
ens uocauit xii et ait illis siquis uult primũ
esse fiat omnium nouissimus et omnium mi
nister et accipiens puerum statuit eum in
medio eorum quem cum plexus esset ait il
lis quis quis unum ex cuius modi pueris re
receperit in nomine meo me recipit et quicum
que me susceperit non me suscipit sed eum
qui me misit Respondit illi iohannis dice
ns magister uidimus quendam in nomine tuo
iecentem demonia qui non sequitur nos et
proibuimus eum ihs autem ait nolite pro
hibere eum nemo est enim qui faciat uirtute

meo & posit cito male loqui de me qui enim
non est aduersus uos pro uobis est quisquis
enim potum dederit uobis calicem aquae in
nomine meo quia xpi estis amen dico uobis
non perdet mercedem suam / pussillis cred
Et quic quis scandalizauerit unum ex his
entibus in me bonum est ei magis si circum
daretur mola assinaria collo eius & in ma
re mitteretur. Et si scandalizauerit te ma
nus tua abscide eam bonum est tibi debi
lem introire in uitam quam duas manus
habentem ire in gehennam ignis non extin
guitur & si pes tuus scandalizauerit te am
puta illum bonum est tibi claudum introire
in uitam aeternam quam duos pedes ha
bentem mitti in gehennam ignis inextinguibi
lis. Ubi uermis eorum non moritur & ignis
non extinguitur quod si oculus tuus scandaliza
t te iece eum bonum est tibi luscum introi
re in regnum dī quam duos oculos haben

tem in gehennam ignis ubi uermis eorum non
moritur et ignis non extinguitur omnis igni
salietur et omnis uictima salietur. / rit
Bonum est sal quod si sal insulsum fue
in quo illud condietis habete in uobis salem
et pacem habete inter uos / tra iordanen et
Et inde exsurgens uenit in fines iudeae ul
conueniunt iterum turbae ad eum et sicut
consueuerat iterum docebat eos et accedentes fa
risei interrogabant eum si licet uiro uxorem
dimittere temptantes eum at ille respondens
dixit eis quid uobis praecipit moises permissit
libellum repudi scribere et dimittere quibus
respondens ihs ait ad duritiam cordis ues
tri scripsit uobis praeceptum istud ab ini
tio autem masculum et feminam fecit ds
et dixit propter hoc relinquet patrem et ma
trem et adherebit uxori suae et erunt duo
in carne una itaque non sunt duo sed una
caro quod ergo ds coniungit homo non sepa
ret

Et in domu iterum discipuli eius de eodem
interrogauerunt / suam Et aliam duxerit ad
Et dicit illis quicumque dimiserit uxorem
ulterium committit super eam Et si uxor dimis
serit uirum suum Et alii nubs erit mechatur
Et offerebant illi paruulos ut tangeret il
los discipuli autem comminabantur offeren
tibus quos cum uideret ihs indigne tulit Et ait
illis sinite paruulos uenire ad me Et ne pro
ibueritis eos talium est enim regnum cae
lorum amen dico uobis quisque non recipe
rit regnum di uelud paruus non intrabit
in illud Et complexans eos Et inponens man
um super illos benedicebat eos / quidam
Et cum egresus esset in uiam procurrens
ingenu flexo ante eum rogabat eum dicens
magister bone quid faciam ut habeam ui
tam aeternam ihs autem dicit ei quid me dicis
bonum nemo bonus nisi unus ds praecepta
nosti ne furoris ne falsum testimonium

dicas honora patrem tuum et matrem tuam
et ille respondens ait illi magister omnia haec
obseruaui a iuuentute mea / ubi de est uade
Ihs autem intuitus est eum et dixit illi unum
quae cum que habes uende et da pauperib:
et habebis thesaurum in caelo et ueni sequere
Qui contristatus in uerbo hoc abit merens
erat habens possessiones multas et circum
spiciens ihs ait discipulis suis quam difficile
est confidentes in pecuniis regnum dī introire
facilius est camellum per foramen acus trans
ire quam diuitem in regnum dī qui magis admi
rabantur dicentes ad semet ipsos et quis pot
est saluus fieri et intuens illos ihs ait apud ho
mines quidem inpossibile est sed non apud dm̄
omnia enim possibilia sunt apud dm̄ et coepit pe
trus ei dicere· Ecce nos dimisimus omnia et se
cuti sumus te respondit ihs ait amen dico uob
is nemo est qui reliquerit domum aut fratr
es aut sorores aut matrem aut patrem aut

filios aut agros propter me et propter euan
gelium qui non accipiet centies tantum nunc
in tempore hoc domus et fratres et sorores et
et matres et filios et agros cum persecutionib:
et in saeculo futuro uitam aeternam. / simi pri
Multa autem erunt primi nouissimi et nouis
mi. Erant autem in uia ascendentes in hirusoli
ma et praedicabat illis ihs et stupebant eos ti
mens iterum illos duodecim coepit illis dicere
quae essent ei futura, quia ecce ascendimus
in hirusolima et filius hominis tradetur prin
cipis sacerdotum et scribis et senioribus et dam
nabunt morte eum et tradent eum gentibus et in
ludent ei et conspuent eum et flagillabunt eum
et interficient eum et tertia die resurget / bedei di
Et accedunt ad illum iacob et iohannis filii ze
centes magister uolumus ut quodcumque petieri
mus facias nobis at ille dixit eis quid uultis ut
faciam uobis et dixerunt da nobis ut unus ad d
exteram tuam et alius ad sinistram tuam sed

eamus in gloria tua ihs autem ait eis nesci
tis quid petatis potestis bibere calicem quē
ego babtizari atilli dixerunt ei possumus
ihs autem ait eis calicem quidem quem ego
bibo bibetis et babtismum quo ego babtizor
babtizamini sedere autem ad dexteram uel
ad sinistram meam non est meum dare uo
bis sed quibus paratum est / iacobo et ioh
Et audientes decem coeperunt indignari de
caine ihs autem uocans eos ait illis scitis qui
hi qui uidentur principari gentibus dominen
tur eis et principes eorum potestatem habe
nt ipsorum non ita est autem in uobis sed q
uin que uoluerit fieri maior erit uester mi
nister quicumque autem uoluerit in uobis pri
mus esse erit omnium seruus / recur ei sed
Nam et filius hominis non uenit ut ministrare
ut ministraret et daret animam suam redem
ptionem pro multis / richo et discipuli eius et
Et uenerunt hiericho et proficiscente eo dehe

plurima multitudo filius timei cuiusdam
bartimeus caecus sedebat iuxta uiam men
dicans quicum audisset quia ihs nazarenus
est coepit clamare et dicere fili dauid ihs mis
serere mei et comminabantur illi multi ut ta
ceret at ille multo magis clamabat fili dauid
misserere mei et stans ihs praecepit illum uo
cari et uocant caecum dicentes ei animae equior
esto surge uocat te qui proiecto uestimento suo
exiliens uenit ad eum et respondens illi ihs dix
it quid uis tibi faciam caecus autem dixit ei ra
bbi ut uideam ihs autem ait illi uade fides
tua te saluum fecit et confestim uidit et sequ
ebatur eum in uia / thaniae ad montem oliue
XI Et cum adpropinquarent hierusolimae et be
ti mittit duos ex discipulis suis et ait illis ite in
castellum quod contra uos est et statim intro
euntes illuc inuenietis pullum asinae ligatum
super quem adhuc nemo hominum sedit sol
uite illum et adducite et si quis uobis dixerit

quid facitis hoc dicite quia dño necessarius est
Et continuo dimittet / te ianua foris in biuio
Et abeuntes inuenerunt pullum ligatum an
Et soluunt eum Et quidam de illic stantibus di
cebant illis quid facitis soluentes pullum qui
dixerunt eis sicut praeceperat illis ihs Et dimisse
runt eis Et duxerunt pullum ad ihm Et inponu
nt illi uestimenta sua Et sedit super eum mul
ti autem uestimenta sua strauerunt in uia ali
autem frundones caedebant de arboribus Et st
ernebant in uia / dicentes os anna benedictus
Et qui praeibant Et qui sequebantur clamabant
qui uenit in nomine dñi benedictus quod uenit
regnum patris nostri dauid os anna in excelsis·
Et introiuit in hirusolimam in templum Et cir
cum spectis omnibus cum iam uespera esset
hora exiuit in bethaniam cum ·xii· discipulis suis
Et alia die cum exirent a bethania esuriit cum
que uidisset a longe ficum habentem folia ue
nit uidere si quid forte inueniret in ea Et cum

uenisset ad eam nihil inuenit praeter folia
non enim erat tempus ficorum Et respondens
dixit ei iam non amplius in aeternum quisquā
ex te fructus manducet Et audiebant discipu
li eius. Et ueniunt hierusolimam Et cum intro
isset templum coepit iecere uendentes Et emen
tes in templo Et mensas nummulariorum Et ca
thedras uendentium columbas euertit Et non
sinebat ut quisquam uas transferret per
templum Et docebat dicens illis nonne scrip
tum est quia domus mea domus orationis
uocabitur omnibus gentibus uos autem fe
cisas eam speluncam latronum. / querebant
Quo audito principes sacerdotum Et scribae
quomodo eum perderent timebant enim eum
quoniam uniuersa turba admirabatur super
doctrinam eius / aridam factam a radicibus
Et Et cum mane transiret uiderunt ficum
Et recordatus petrus dicit ei rabbi ecce ficus cui
maledixisti aruit. Et respondens ihs ait illis

[illegible] dicit [illegible] quia [illegible]
[illegible] monti [illegible] mittere in ma
re et non haesitauerit in corde suo sed credi
derit quia quodcumque dixerit fiat fiet ei
Propterea dico uobis omnia quaecumque orantes pe
titis credite quia accipietis et eue
nient uobis Et cum stabitis ad orandum dimit
tite si quid habetis aduersus aliquem
ut et pater uester qui in caelis est dimittat
uobis peccata uestra / [illegible] in templo·
Et ueniunt rursus hierusolimam Et cum am
bularent in templo accedunt summi sacerdotes et scribae
et seniores et dicunt illi in qua potesta
te haec facis et quis tibi dedit hanc potesta
tem ut ista facias ihs autem respondens ait
illis interrogabo uos et ego unum uerbum
et respondete mihi et dicam uobis in qua po
testate haec facio baptismum iohannis de
caelo erat an ex hominibus respondete mihi
at illi cogitabant secum dicentes si dixerimus

de caelo dicet quare ergo non credidistis ei
et si dixerimus ex hominibus timebant populum
omnes enim habebant iohannem quia uere
